



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer in aquas prolapsus euidens aquarum peri culum euadit incolumis B.
virgini per parentes co[m]mendatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

vt verisimile est, pia inspiratione instigatus ac lumine diuino irradiatus (nam à nemine cōpulsus supra lectum in genua proruit in cōspectu eorum qui aderant) omni cum deuotionis affectu gloriosam Virginem Camberonensem exorauit, quatenus ei sanitatem restituere dignaretur, & in tanti beneficii gratam memoriam totis viribus ei per totam vitam dignum præstaret obsequium. Exaudita fuit supplicatio eius ad Virginem precatio, & quod petebat sine mora perfecte adimpletum est.

PVER IN AQUAS PROLAPSUS E-
uidens aquarum periculum euadit incolumis
Beate virgini per parentes com-
mendatus.

CAPVT LII.

ANNO 1418. Aprilis die 27. Ioannes Valineus Nicolai Valinei filius Brulignæ agens vice quadam piscatores in fluuium retia mittentes ad capiendum pisces conspexit: ab illo autem tempore cum idem facere attentaret (mediate baculo suo adunco) quod antea fecerant piscatores hamis suis mediantibus, in præaltum fluuium miserè lapsus est, & ad aquarum decursum raptus per spacium sex mensurarum terræ & ultra. continquè clamoribus filiolum quendam sibi

K 6 comi-

comitem exposcens, vt auiam suam accerseret, quia, vt aiebat, praefocabatur aquis. Dicitur filiola annos duntaxat decem nata eo confestim conuolat: tristi que ac lugubri nuncio ad auiam perlato, illa tota in stuporem versa, exclamat, simul que sine mora filiolum suum B. Virgini Camberonensi deuouet peregrinum, omni cum humilitate supplicans, vt eum contra fluctus aquarum, prout & alias fecerat praeseruare dignaretur in columem. Hisce ita transactis, quandam vicinam ad se euocant, qua comitata, ambae puerum vnde quaque conquisserunt, eum que tandem in medio fluminis fluctuantem offenderunt, meruentes interim sese in medias aquas praecipites ferre. Nihilominus tamen se mutuo meliori quo poterant modo coadiuuantes, tandem earum vna in profluentem se paulatim demisit, puerum que qui ibidem per mediam horam aut circiter supernatauerat, aquis extraxit, die autem sabbathi proximè subsequenti puerum in B. Virginis aediculam perduxerunt, gratijsque debitjs peractis, quae dicta sunt ordine retulerunt.

(:):

PVEL